

justificemur, sed esse in nobis, propter quod  
damnemur: ex mera autem gratia Deum  
nos justificare.

27. *Imputatio non significat dignationem*  
Dei, *qua fidem in hominibus inventam, di-*  
*gnam ducat, cui donetur & conferatur justi-*  
*tia inhærens, per quam salventur,*

28. *Alia est imputatio operum secundum de-*  
bitum; quæ habet fundamentum in ope-  
rante. *Alia est fidei secundum gratiam, quæ*  
*fundatur in misericordia Dei justificantis*  
*impium.*

29. *Et hæc est relatio mentis & voluntatis*  
divine, quæ ex gratuita misericordia propter  
Christum credentibus peccata nō imputat,  
sed illis iustitiam imputat, id est, coram Deo  
habentur in judicio eius, ac si perfectam ha-  
berent iustitiam inhærentem, & ideo tan-  
quam justis datur eis salus & vita æterna.

30. *Opera legis significant omnia omnino*  
opera, quæ in divina lege præcepta sunt: five  
moralis, sive ceremonialis, sive forensi.

31. *Exclusiva (sola fide justificamur) constan-*  
ter retinenda & defendenda est.

32. *Causæ igitur justificationis sunt: Gratia*  
Dei: Christi meritum, hoc est, tota obediens-  
tia, activa simul & passiva, quā vocant: Fides.

33. *Forma justificationis est: applicatio*  
iustitiae Christi, quæ sit fide: sive imputatio  
fidei, sive imputatio iustitiae per fidem.

Dispu-